



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

Capvt VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

Imagines incluserat.

*In montis Ida Vallibus
 Vi pastor ille Dardanus,
 Obluta dona Palladis
 Iunonis & contemseris
 De&q; pomum Cypria
 Dans, iussit ipsam tollere,
 Duasq; forma vincere.
 Hanc quisq; norat optimè
 Leanis in palatio
 Narrationem Reinikes.*

COMMENTARIA.

- I. Quòd matrona honesto oriunda genere, quæ se laudabilè gerit, omni laude fit dignissima, meritoq; apud omnes extollatur & prædicetur.
- II. Obserua & perpende historiam Paridis, quæ certè, si rectè exponatur, multa iucundissima & vtilissima lectu in se complectitur. De qua aliàs, cùm per ocium licuerit.

CAPVT VIII.
 ARGVMENTVM.

*Historiam speculi Vulpes in imagine narrat,
 Quam varia sculptam fecerat arte faber.
 Fabula quàm nostrum mendax oblectat in auro
 Hunc referò vulgo qui placuisse soles.*

Reinike
 pergit de
 Ipeato
 mentiri.

NVnc explicabo latius
 Speculi decus pulcherrimi,
 Ornabat illud ignea
 Glaucus Berillus lampade,

Is omne quicquid accidit
In quinq; miliaribus
Mox rettulit spectantibus.
Hinc arboris carissimo
Ligno fuit circumdatus,



Multi quod auro praeferunt.
Hic res vetusti temporis
Cum vividis coloribus
Pictas licebat cernere.
Hic è vetustis erutam
Annalium scriptoribus
Dignam relatu fabulam,
Speculoq; sculptam dixerò.
Erat caballus invidus
Qui cursum certamine
Cerno volens contendere,
Cuidam Bubulco supplicat,
Aitq; pastor optime,
Parere si mihi voles,

Reinike al
terā Histo-
riā specule
in sculptā
recenset.

Vehiq;

Inuidia e- Vehiq; nostro tergo re,
 qui ceruo Tecum volabopro tinus
 velciratē In lustra sylua proxima,
 inuidentis Vbi queas pinguisimum
 Alis superbum cornibus
 Tuis sagittis figere,
 Humiq; ceruum fundere.
 Rumore lato gestiens
 Exultat acri gaudio,
 Equoq; pastor insidet:
 Passu caballus alite
 Syluas opacas transuolat
 Ceruumq; pinguem conspiciit.
 Quem dum laborat insequi,
 Cerui fugacis segnior
 Alacritate vincitur.
 Nec non bubulcum flagitat
 Descendat vt velociter.
 At ille lassi murmure
 Nihil mouetur supplici:
 Nec abstinet, celerrimum
 Quousq; ceruum sterneret.

COMMENTARIA.

I.
 Mēiri in- Cui mendacia dicere studio est, is circun-
 ter dū cum spectus erit, ne in absurda nimis impingendo
 ingenosū parum sibi ipsi constet. Quamuis enim ho-
 tum peru- mine mendace & periuro nihil detestabi-
 tile est. lius, tamen in tempore ingeniosa adhibere
 Tria men- mendacia perutile multis fuisse experientia
 dccij gene- cōprobauit: Tria autem ab Augustino ponū-
 r. s. tur mendacij genera, perniciosum, officiosum &

& iocosum. Pernitiosum genus mendacij id *Pernitio-*
 rectè dicitur, si non habeas quem decipias, ti- *sum genus*
 bi metiaris & remetipsum fallas. Vt Psalmi *mendacij*
 sta testatur: mentita est iniquitas sibi. Ab hoc *quod sit.*
 mendacio cauendum sacrae vbiq; scripturae
 monent: Sic Ambrosius inquit, caue te fratres
 mendacium, quia omnes qui ament menda-
 cium, fratres sunt Diaboli, qui est pater men-
 dacij, & per illud homicida. Interdum quidem *Quare in-*
 concessum est diabolo, Chrysofomo testan- *terdum dia-*
 te, vera proferre, sed non in alium finem quam *bolus vera*
 vt mendacium suum rara veritate commen- *dicat.*
 det. Hinc consequitur pessimum esse genus
 hominum qui mendacijs student, & prae-
 cipue in doctrina religionis. Nam mendacium
 in religionis causa, vna cum corpore interficit
 & animam. Secundum dicitur officiosum, *Secundum*
 quod ita intelligendum est, vt in gratiam ali- *mendacij*
 cuius amici liceat mendacium comminisci *genus offi-*
 & proferre. In mendacio autem qui esse po- *ciosum.*
 test officium, aut potest ne virtuti cum men-
 dacio commune aliquid esse? Saepè accidit vt
 alicuius fortunas, vitam, pudicitiam & simi-
 lia, commentitia narratione redimas, tum
 non proprie mentiri diceris, à proximi eni-
 corpore, vita, bonis & dignitate auertere in-
 commoda, veritatis adminiculum merito ex-
 istimabitur. Si verò ad secreta reuelanda quis
 alludat, non ob isto quo minus officiosè ali-
 quid, quod vtile sit Reipublicae aut Ecclesiae,
 nec ad falsitatem, sed ad veritatis custodiam
 pertineat, si id necessitas postulet, excogites.

R

Nam

Nam si fidelitatem in hac re, officioso huiusmodi commetero redimere opus sit, non mentieris. Is enim qui honestam causam habet ingeniosè aliquid excogitandi, quò magnum malum publicè aut priuam auertat, & acmine suo insidiis inquirentium arcana elabatur, veteratorumq; tergiversationes eludat, mentiri dicendus non est. Tertium mendacii

*Tertium
mendacii
genus ioco-
sum.*

genus iocosum appellatur. Quod in iocosis salibus, & ore, & sermonis consistit comitate. Quamuis autem in gratiam amicorum veteres Philosophi, nihil veritati detrahi voluerunt, ad quem modum & Cicero dixit. Nulla est peccati excusatio, si amici causa peccaueris. Quod & lex Christi testatur, cum dicit, sit sermo vester, est, est, non, non. Et iuxta Menand. versum. Omnis prudens & sapiens odit mendacium. Tamen non omnino reprehendenda aut abiicienda videtur *ὀυτρασέλια*, nec velle eum Curius aliquis aut Heraclitus, hominem statuae simile perpetuo durum & tristem esse. Nam & maxi-

*Maximi est
viri iocis
delectati
fuerunt.*

mi viri, Julius Caesar, Augustus, Cicero, D. Hieronymus, vt naturam aliquando in magnis sollicitudinibus molestiisq; leuarent, ingeniumque licentius recrearent, iocis, leporis, & sermonis delectari sunt urbanitate. Comitas enim veritate tineta sapè ad leniendos

*Comitas
veritate
tineta mul-
tu prodest.*

horum dolores, aut ad placandos in ira multum prodest. Quamobrem qui in conuiuio honestis fabularum ex Poëtis, anigmatum & similia ex aliis scriptoribus recitatione

tant, dementissimi vocati sunt. Sed haec tenus
de triplici mediocriorum genere dixisse sufficiat.

Ne, alicuius praeclarum aut artificiosum
opus cum vides statim aemulari aut imitari
nitaris, nam si ab eo quod exprimere coeperis,
deerraveris, inimicis ludibrio eris turpissi-
mo. Ergo quam quisque Spartam nactus fue-
rit, hanc exornet, id est, quamcumque provin-
ciam adeptus fuerit, huic se accommodet, &
pro eius dignitate se gerat.

II.
Id enim si-
miarum
proprium.

III. Quod is qui singulari quodam odio
inflammatum in alterius detrimentum, curas,
molestias & labores suscipit, merito, si ipsi se-
cus quam expectarat, res eveniat, ab omnibus
despectui habendus & ludificandus sit.

Duplicem enim iure invidia habet merce.
Alteram, quod plerumque periculum, aut
dolos in proximum conflatus & excogitatus ces-
sando in caput auctoris recedit. Alteram, quod sibi
ipsi poena existit gravissima, & suo plus no-
cet, quam alterius corpori. Ut praeclare divi-
nus noster Vergilius in Epigrammate de Li-
nore ostendit.

*Lusor tubificum midis venenum
Intactis vorat ossibus medullas.*

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

*Historiam vulpes percenset iniqua secundam,
Picta super speculo qua radiante fuit.
Fallere, qui didicit, felicibus virtutibus auro,
Gratus est in terras quaslibet hospes abit.*

R 2 Q 11